



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CXIII. Claus Wichmansdorf giebt dem Kloster Chorin seine Ansprüche an 3 Höfen und 13 Hufen zu Schönermarck auf, am 29. September 1424.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

Martinus*), episcopus, seruus seruorum Dei, venerabili fratri Episcopo Brandenburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Quia mundo posito in maligno, nonnulli ceca cupiditate seducti, non discernentes inter bonum et malum, tanto ad inuadendum et recipiendum bona ecclesiastica irreuerentius improbas manus extendunt, quanto rariores, qui ea eripiant, inveniuntur obiectores, interest nostra, ut huiusmodi prauorum conatibus resistamus. Cum itaque, dilecti filii, Abbas et conuentus monasterii in Chorin, Cisterciensis ordinis, tue diocesis, a nonnullis, qui nomen Domini in uanum recipere non formidant, grauibus, sicut asserunt, affligantur iniuriis et jacturis, Nos eorundem, Abbatis et conuentus prouidere quieti et malignancium nequiciis obuiare volentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus dictis Abbati et conuentui contra predictorum raptorum et inualorum audaciam efficacis presidio defensionis assistens, non permittas, eos in personis et bonis suis a talibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita compescendo, attentius prouidurus, ne de hiis, super quibus lis est forte jam mota seu que cause cognitionem exigunt et personas et bona huiusmodi non contingunt, te aliquatenus intromittas, nec in episcopum seu alios superiores prelatos excommunicacionis vel suspensionis, aut in vniuersitatem aliquam seu collegium interdicti sententias promulgare presumas. Nos enim, si secus presumpseris, tam presentes literas quam eciam processum, quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere uiribus et nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo nostrum mandatum sic prudenter et fideliter exequaris, quod ejus fines quomolibet non excedas, presentibus post triennium minime ualituris. Datum Rome apud sanctam Mariam majorem, VIII Id. Octobr., pontificatus nostri anno quinto.

Sed quia nos iurisdictioni et causis predictorum fratrum propter diuersa ardua negocia nobis et ecclesie nostre grauius incumbencia tam sedulo, prout eisdem fratribus expedierit, interesse non ualemus, honestates uestras requirimus, monemus et in auctoritate sancte obediencie uobis mandamus, quatenus vos vel quilibet uestrum, cum pro eisdem fueritis vel fueris requisiti seu requisitus, vniuersas et singulas causas predictorum fratrum et conuentus nomine nostro iuxta formam literarum apostolicarum nobis traditam iudicetis et sine debita terminetis, quam quidem auctoritatem iudicandi uobis et cuilibet uestrum in solidum plenarie committimus, donec eam ad nos duxerimus reuocandam, vel autor petierit, eandem ad nos transferendam. Datum et actum Berlin, nostre diocesis predicte, anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo tercio, feria tertia infra octavam corporis Christi, nostro sub appenso sigillo.

Nach dem Originale des Großherzogl. Archives in Neu-Strelitz aus einer Mittheilung des Herrn Prediger Sponholz in Mülow.

CXIII. Claus Wichmansdorf giebt dem Kloster Chorin seine Ansprüche an 3 Höfen und 13 Hufen zu Schönernarck auf, am 29. September 1424.

Ik clawes wichmestorp Bekenne vnde betughe openbar mit craft disses brues vor allen guden luden mit vulbord miner eruen, dat ik hebbe an gegan eine vruntlike berichtunge

*) Martin V. nach dem im Geh. Staatsarchive zu Berlin beruhenden Original dieser Urkunde, wornach vorstehender Transsumt berichtet ist.

mit deme erbarn hern gheslikeme vader, hern hermanno, apt to korin, mit sinem Conuente vnde mit al eren nakomlingen vmme drudteyn huuen vnde vmme dre houe, de dar ligen in vnde to deme dorpe Schonermarke vnde wol vntschieden hebbe, also dat ik vnd mine eruen nen Ansprake edder rechticheit willen hebben vordmer an dy vorgeschreuen XIII huuen mit dy drey houen vnde versaken beide jk vnd alle myne eruen alles recht vnd nutticheit, est wi dar edlik recht edder nutticheit scholen hebben an gehad, vnde willen, dat de vorbenomede hern to korin de vorspraken huuen vnd ok de houe fredeliken sunder engerleye hinder edder ansprake besitten scholen vnde gebruken, wo dat en aller euenst vnd nuttest is: vnde to eyner grotern ffruntschap so laue ik vnd myn eruen den eergeschreuen hern, dat wi se vordern willen an erme gude vnd gunstich sin, wor se vnser behuuen vnd beghern, vnd helpen em, dat se de XIII huuen vnd dre houe vake ergenomed in eyner fredelike besittunge vnd were scholen beholden. Ouer dissen vorgeschreuen saken vnd berichtungen hebben gewefet de duchtigen Syuerd van bock vnd Iodewich Sparre van myner side, ffrantze ghelmerstorp, hans stift vnd clawes ffone van der herren van korin side, vnd mer andern guder lude. Des to eyner groten wiheit so hebbe ik clawes wichmestorp myt willen vnd vulbord laten hengen an dissen openbriff, de geschreuen is na der bord cristi vireinhundert jar, dar na ja-deme vervndtwintiguesten Jare, myn Ingelegel, ja die sancti mychaelis.

Nach dem Originale des K. Geh. Staats-Archives.

CXIV. Herzog Casimir von Pommern bestätigt dem Kloster Chorin die Zollfreiheit in den Pommerschen Landen, am 22. Juni 1431.

Casimerus, dei gratia Stetinensis, Pomeranie, Slauie et Cassubie Dux, Rugeique princeps, omnibus et singulis presentia visuris et inspecturis salutem in Domino consequi sempiternam, presentibus recognoscimus ac publice protestamur, quod litteras illustrium Dominorum progenitorum nostrorum Ducum Stetinenfium, videlicet domini Barnym, abau, et domini Ottonis, proau, nec non Barnym, au nostri karissimi, vidimus non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte suspectas seu vitiatas, sed sigillis eorundem perfecte munitas, dilectis nobis in Cristo fratribus Abbati et conuentui in Chorin monasterio, Cisterc. ordinis, super libertate theolonii in Dominio et Ducatu nostro gratiose donatas. Nos itaque in laudem Dei omnipotentis, qui nos predicti nostri Ducatus et Domini Monarcham prefecit, nec non ob salutem animarum predictorum nostrorum progenitorum et in remedium nostrorum peccaminum, prefatorum illustrium principum parentum nostrorum donationem, prout dignum est, confirmamus, ratificamus, gratam et ratam habemus. Et ad petitiones predictorum fratrum, quorum nos orationum ac aliorum eorum bonorum operum participes esse cupimus, prefatam et indultam eis gratiam tanquam innouantes eandem litterarum nostrarum munimine et sigilli nostri appensione duximus roborandam. Vnde statuimus et per presentes sancimus et firmiter confirmamus, ut per totum nostrum dominium domino Abbati et omnibus fratribus suis ad proprietatem predicti monasterii Corin spectantibus siue de claustro predicto siue de curiis ejusdem exstiterint, liberum sit, in predicto nostro Ducatu emere et vendere, inducere et deducere et sine omni exactione theolonei pro suis usibus, indigenciis et necessitatibus, quoad